Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-687422-p0001-1

Occasionalia VI-181
potissimum carmina
vol. ~~Tafe~~ 21. ~~G. I. 21~~

Centur. * quinque.

VI-181.

Ung VI 181

SPLENDIDISSIMAM
DIGNITATEM
CONSILIARI STATVS AC
SENATVS SANCTIORIS
PERILLVSTRI ATQVE
EXCELLENTISSIMO

DOMINO
DN. GOTTLOBIO
FRIDERICO
LIBERO BARONI
DE GERSDORF

DYNASTAE BARVTHI BVCHVVALDENI
KEMNIZI ET RACKELI
POTENTISSIMI POLONIARVM REGIS
ATQVE ELECTORIS SAXONIAE
CVBICVLARIO
TANTO HEROI AC LITERARVM
STATORI
PIE OBSERVANTERQVE
GRATVLATVR
ACADEMIA VITEMBERGENSIS

VITEMBERGAE
PRELO CHRISTIANI SCHROEDERI ACAD. TYP.

Quam decus rarum eſt, ſobolem parentum
Aſſequi doteis ſtudio ſecundo,
Marte clareſcant, Themidiſue docta
Arte coruſcent.

Rarius multo decus eſt, honores
Conſequi Patrum remanente Natos
Gloria clari generis perenni
Tempus in omne.

Aemulus Pyrrhus decoris paterni
Ducitur Troïam iuuenis, ſed omni
Non poteſt auſu ſibi comparare
Patris honores.

Magnus eſt Aiax, animo manuque ac
Robore inuicto ſuperans Achiuos,
Gloriam ſed nec Telamonis unquam
Fertur adeptus.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-687422-p0004-8

Cum ferox eſt, tum ſapiens, ſagaxque,
Laudis at palma inferior parente,
Artibus tam Telemachus celebri,
Natus Vlyſſis.

Non dabit fructus generoſa uitis
Nobili ſtirpi ſimileis, in oras
Ni locetur frugiferas, Iouiſque
Rore rigetur.

Tene felicem populi celebrent,
Celſe GERSDORFI, his opibus potenti
Quem manu diues cumulauit almi
Numinis aura.

Es ſatus tantis meritis Parente,
Omnis orbis quae memorabit aetas,
Quae Themis, quae cum Pietate Pallas
Praedicat alte.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-687422-p0005-4

Hunc ſequens rectis gradibus, cole-
bas
Artium doctos auide receſſus,
Ore fonteis et patulo bibebas
Iuris et aequi.

Qua uia ſtrata, patuere campi,
In quibus doctae monumenta mentis
Publicis in muneribus licebat
Edere promte.

Cognitis his, Sarmatiae potens Rex
Euocauit Te, ſedeas ſenatu
In ſacro, ſummis operamque rebus
Sedulo naues.

Gratia Regis numeranda nulli
Secla ſic ſoſpes fruere, ac ubique
Perpiae ſic Leucoridi benignum
Redde Parentem.

P. P

PRID. CALEND. MAI. AN. cIↄ Iↄ CC XXI

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-687422-p0006-9

Ung VI 181

1048

VD17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-687422-p0007-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-687422-p0008-0

13

SPLENDIDISSIMAM
DIGNITATEM
CONSILIARI STATVS AC
SENATVS SANCTIORIS
PERILLVSTRI ATQVE
EXCELLEN[illegible]SSIMO

D O [illegible] N O
DN· G[illegible]OBIO
FRI[illegible]CO
LIBE[illegible]NI
DE GE[illegible]RF

DYNASTAE BARV[illegible]ALDENI
KEMNIZI [illegible]
POTENTISSIMI P[illegible] REGIS
ATQVE ELECTO[illegible]E
CVBICV[illegible]

TANTO HEROI A[illegible]M
STATO[illegible]
PIE OBSERVAN[illegible]
GRATVLAT[illegible]
ACADEMIA VITEM[illegible]

VITEMBERGAE [illegible]
PRELO CHRISTIANI SCHROEDER[illegible]

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-687422-p0009-9